



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad  
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae  
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa  
Confessio**

**Cutsemius, Petrus**

**Coloniae Agrippinae, 1621**

De Origine Electionis Regis Romanor. Per Vota Procerum Germaniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11884**

suâ instituerat authoritate. Sed qui truculentis vtrumq; affecit pænis Cæsar Otto III. agnatum suum Gregorium, amoto schismate, in pacifica fede collocauit: quod sic breuib. indicat verbis Ditmarus lib. 4. Deince Româ veniens gloriose nepotem suū Brunonem Ottonis filium Ducis, in loco Iohannis Papæ nuper defuncti cum omnium laude præsentium constituit.

Rebus itaque compositis Gregorius Papa Salubria init consilia, quæ spectant, tum S. R. Ecclesiam, tum Imperium, concilium conuocatis Romam Episcopis congregans, cuius memoria est in Actis S. Adelberti, Episcopi Pragælis, apud Prutenos Martyris, de quo supra in Ottone III. dictū fuit, qui à Bohemis in exiliū pulsus Româ venerat, petens à Papa licetiam, & benedictionē peregrinandi ad terrā Sanctā. Quę non paruę considerationis causa, in eadē tunc Synodo peruoluitur & votis Episcoporū, in primis Archiepiscopi Moguntini, concluditur, vt Adelbertus posthabito vitæ discrimine redeat ad refractarias oues.

\* Assensit Papa Gregorius, & semel susceptum grem non posse eum impunè dimittere Scripturæ S. Adelb. sententijs affirmat. \*In Actis

## DE ORIGINE ELECTIONIS

REGIS ROMANOR. PER VOTA PROCERVM  
GERMANIAE.

Q VOAD Imperiū verò, sollicitè tractauit cū Cæsare Ottone III. agnato suo, quę in

F 2 infelice

infœlice coniugio sine prole viuere cernebat, & mori timebat, qualiter Imperium à Græcis ad Germanos gratiâ, & authoritate Apostolicâ translatum, perque hæredum generationes, atque successiones, bono tempore annorum scilicet ducentorum propagatum, posthac per liberæ Electionis vota Ecclesiasticorum simul & Laicorum Imperij Procerum, Principibus Germaniæ permaneret. Et placuit Ottoni sententia. Vnde Gregorius Papa V. à multis scriptoribus cœpit haberi author Septemuiratus qui est in Imperio: à nonnullis verò iste Imperator Otto, quia constat inter omnes communi vtriusque ope, & opera, consilio vnius, & consensu alterius, rem tantæ molis, & nouæ confuetudinis constituendi Caput Imperij fæliciter pactam, & peractam esse.

---

### DE PRINCIPIBVS ELECTORIBVS.

**T**AMEN si quis distinctè de Septem Imperij Electoribus ijs, quos firmauit Aurea Bulla loqui velit, meâ sententiâ neuter, neq; Gregorius, neque Otto constitutionis, & sanctionis istius primus author dici potest. Persuadent hoc mihi rationes, quas etiam Onuphrius pro sua tangit opinione in libro de Comitijs Imperatorijs, quæstionem illam